

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe Parisiis, 1649

§. 5. De Regionibus & incolis Peloponnesi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

398 DE REGNO MACEDONICO,

QVANTITAS. Latitudini eius Ptolemæus constituità Tænaria Promont. ad Corinthum 1250. stadia; Longitudini à Chelonite Pro. ad Scylleum Pro. tres gradus cum dimidio, qui reuocari ad magnum circulum exeius computo reddunt 1750. stadia.

QVALITAS. Regio hæc olim ficcior erat, quare ab Homero dicitur πολυδί μος: admodum fiticulofa: sed cùm antea ἄνυδρος esser, εὐυδρον eam reddidit Danaus, qui impetrauit à Neptuno vnam ex siliabus suis deamante vt lernam tridente percussam perennibus aquis fluere iuberet. Aluit & equos nobiles, quare ab Homero imπόροπος dicitur, & Horatius Argos equis aptum occinit. In medio autem sterilior est quare Areades ἀνόχρονες sunt; ad mare fertilior, ideo eius incolæ ἐπήλιδες aduentity, atque peregrini.

Politia. Hercules ex Mycenarum Regibus oriundus erat, at Eurystheus demortui stirpem exterminare conatus est. Verum Hyllus Princeps Heraclidarum, cum auxilio Thesei, Eurystheum bello aggressus est atque cecidit, neque tamen victoria frui potuit, tum quia Atreus Eurysthei auunculus regnum Mycenarum occupauit, qui Heraclidas aditu Peloponnesi prohibuit, tum quia Hyllus ab Echemo Arcadum Rege intersectus est 20 annis post al mon Troix: itaque hic primus Heraclidarum conatus irritus suit. Sed post annos centum iidem Herculis posteri expeditionem suscepte duce Oxilo, quemadmodum ab oraculo moniti erant, & occupauere Argiam, Messeniam, & Laconiam. A chaïam non attigerunt, vbi tum degebant Iones; hi tamen ciecti sunt ab Acheis expulsis. Elidenses seruati sunt in gratiam Iouis Olympij, Arcadas regio asperior, & montibus abrupta defendit.

S. s. De Regionibus, & incolis Peloponnesi.

NVM. I. De Achara propria, & Achais.

Nomen. Primum dicta fuit Ægialis propter vrbes in littore constitutas; tum Ionia ab Ionibus qui hîc diu habitarunt, quibus expulsis per Achæos Achaia dicta est; cui cognomen Propria Ptolemæus adiunxit; Theophrastus Achaiam Peloponnessi dixit. Porrò hæc aliquando dilatatur, túmque continet Sicyoniam, & Corinthiam, de quibus in Geographica descriptione. Sicyonia autem à quibus dam Asopia dici videtur ab Asopo Fl. sed tum meo iudicio pars pro toto sumitur.

QUALITAS. Regio circa Corinthum rupibus, & saxis aspera, collibus & vallibus inæqualis apud Pausaniam legitur in Corinthiacis; Sicyonia, & Achaia lætiores, & amæniores agros habuere.

Mores. Deditissimi fuere nauigationi Corinthy, & apud eos primum triremes Græcæ constructæ sunt, maioresque naues. Apud Corinthios olim nemo ciuis habebatur nisi ex patre & matre Corinthiis natus; postea satis suit ex alterutro nasci, modò aliquid pensitaretur. Vasa hinc pulcherrima, quæ Corinthia, non tantum ob temperaturam, sed & ob sculpturam: nugantur enim quiæs Corinthium dictum esse autumant à metallis in incendio Corinthiaco in massam vnam coactis. Sicyony peritissimi suere artissices, itémque religionibus addictissimi: Capram æneam colebant in soro, ne cælestis capra vitibus suis noceret. Superstitiosi

admodum fuisse leguntur Achei.

Politia. Achai Reges habuere primum Tisamenem filium Orestis: exinde Democratico statu vsi sunt, eóque optimo: postea Remp. suam Prætoribus commiserunt, inter quos maxime laudantur Aratus, & Philopæmen. Demum à C. Mummio, excisa Corintho, Romanis subditi sunt. Idem quoque sicyoniis contigit, & qui Achæis ab Arato iuncti erant eamdem à Romanis sortem experti sunt. Corinthi denique primum regibus Argiuis subditi, sibi ex Sisyphi samilia Reges delegere: postea à 200. Bacchiadis ex Hercule natis regnum administratum est; ij sibi vnum è suo corpore præsiciebant. Tyranni quoque in eamirrepserunt Cypselus & Periander. Sui iuris sacti Philippo Macedoni ses fubmiserunt; ac demum cum legatos Romanos tractassent iniuriosius, pessimè multati sunt, Corinthóque exscissa, altero se orbatam oculo Græcia ingemuit.

N v M. 2. De Elide, & Elidensibus, seu Eleis.

Nomen. Antea indigenæ Epei nominabantur, quorum meminit Homerus, sic dicti ab Epeo Rege. Elidenses autem ab vrbe Elide nuncupati, vel Rege Eleo; duóque populi in vnum corpus, & nomen coaluerunt.

QUALITAS. Regio fertilissima est Pausaniæ: abundabat quoq: Moris & Bombycibus, ex quibus sericeæ vestes conficiebantur. Hinc quoque Equi generosissimi accersebantur. Item herba Cen-

12-

11-

att

di-

et,

ex

us

ro

e-

er-

at

m

it,

u-

12

oft

us

m

ιτ,

n

1-

1,

C

DE REGNO MACEDONICO,

taurea hîc nascebatur teste Plinio; denique sinum bissinum lauda-tissimum.

Mores. Sacri Diis censebantur Elidenses, ideoque religiosissimi erant. Deum quemdam Myagrum colebant qui muscas abigeret, ex autem pestem solebant inducere. Apud eos sæminx quinto quoque anno infesto Iunonis cursu contendebant, sed sextà parte stadium coërcebatur. Hic ortas controuersias selecta à Republica sæminx prudentissimè composuerunt.

POLITIA. Primum Regibus paruere, inter quos censebatur Endymionamatus à Luna, Epeus, & Eleus (à quibus nomina populis indita sunt) Augias cuius stabula purgauit Hercules, Iphitus ludorum Olympicorum instaurator. Iis sublatis Democraticum statum elegerunt, mox Oligarchicum: Tyrannos etiam aliquos experti sunt. Demum Romanorum iugum sponte subicrunt, à quibus contra Achxos adiuti sunt.

N v M. 3. De Meffenia, & Meffeniis.

Nomen. Dicta est Messenia à Messene Phorbantis Argiui filia, qua Imperium peperit marito suo Polycaoni filio Lelegis homini priuato: ita Pausanias.

QUALITAS. Temperatissima est Straboni, & egregiè rigua, ideoque alendis armentis, & gregibus peropportuna est.

Mores. Hoc celeberrimum apud eos fuit, quod in ciuitate

sua Epicureos Philosophos non tolerarent.

Politia. Primum à Regibus administrata est Messenia, inter quos celebrantur Idas, Lynceus, Nestor. Eius quoque parti imperarunt Machaon, & Podalyrius filij Æsculapij. Posterioribus temporibus sibi Duces elegerunt, de quibus Pausaniam leges. Eorum vltimus suit Aristomenes, quo sublato Lacedamonij Messeniam totam sibi vindicarunt.

N v M. 4. De Laconià, & Laconibus, seu Lacedemoniis.

Nomen. Dicta est primum Lelegia, à Rege Lelege, mox Ochalia ab alio Rege Ochalo, postea Lacedamon, quo nomine Messenia quoque continebatur, à Lacedamone Rege dicta, qui ex Taygetâvxore Eurotam silium suscepit; denique Laconia. Antiquitus quidem dicta videtur fuisse Achaicum Argos, item Hecatompo-

lis, ob centum vrbes quæ in ea numerabantur.

QVALITAS. Hæc regio campos habuit admodum fertiles, & ob inæqualitatem cultu difficiles, ait Strabolib. 8. Terræ motibus valde obnoxia fuit, quibus Taygetæ montis cacumen deiectum fuisse tradit Plinius lib. 2. ad Tænarum Pro. preciosa marmora effodiebantur. Mons Taygeta venationi peropportunus, & exercendæ iuuentuti.

Mores. Pueri hîc optime enutriebantur; neque enim parentibus relinquebantur liberi erudiendi, sed id Respublica præstabat. Adrem militarem Lacedæmonij vitam omnem suam referebant, ideóque asperior erat, vt eam facile relinquerent, si ita patriæ salus postularet. Adolescentibus licitum erat esculenta suffurari, sed deprehensi atrociter vapulabant. Ante plenam Lunam non dimicabant: numquam sugiebant, & aduersa vulnera non tantum mortuis, sed etiam parentibus superstitibus erant ignominiosa. Ante prælium sacriscabant Muss, vt ex ratione, non irâ pugnarent. In purpura procedebant ad bellum, in purpura cæsi sepeliebantur. Sermo corum breuis & expeditus, & gladiis Laconicis plane similis. Reliqua petes ex Plutarchi Lycurgo, & aliis qui de Lace-

dæmoniorum Rep. scripserunt.

Parall. Geogr. Tom. 11.

POLITIA. Regibus suis paruêre, quorum potestatem Lycurgus restrinxit. Theopompus quoque adiunxit sibi Ephoros, & imminuit auctoritatem Regiam (vt aiebat) quò eâ firmiore vteretur. Diu inter Grzcos primas tenuerunt, quandiu fortitudinem inopiæ iuncam coluerunt, sed hâc deleta, illa quoque emarcuit. Tempore Lyfandri trecentis nauibus bellum gessere. A Thebanis ad Leu&ra Bœotiæ domiti superbiam posuerunt, retinuere tamen libertatem, quam etiam fortiter contra Macedones tutati sunt. Cùm autem Tyrannis cessissent in prædam Achæis sese coniunxere, à quibus tamen oppresse sunt. Sed demum Romanis subdiri Reip. formam iis adnitentibus restituere, & ab iis vt socij culti sunt. Dubitat Plato quis Spartæ status fuerit an Monarchicus ob Reges, an Aristocraticus ob l'epsotor, seu Concilium Senum, an Democraticus propter Ephoros, qui quasi Tribuni plebis extitere. Diu Spartæ duo Reges, qui raro inter se conuenere; duplex enim Regum familia Eurysthenidarum, seu Agidarum celebrior, &Proclidarum, seu Eurypontidaru, ex quâ magnus Agesilaus fuit.

i-

æ

ur

)-

1-

1-

m

-

ni

1,

te

cr

1-

us

0-

40

us

N v M. 5. De Argolide, seu Argià, & Arginis.

Nomen. Argolis nominatur à Pomponio Mela, Argia à Ptolemzo: & nomen hocab Argo deductum est, vnde & Argiui dicti, qui postea à Danao Danai nuncupati sunt, vt præmonuimus.

QUALITAS. Hæc Regio olim paulò siccior fuit, vt ex fabulis intelligimus, postea fontibus inuentis & apertis facta est palustris: vnde nata fabula Hydræ in Lerna palude, quæ nihil aliud suit quam sons, cuius scaturiginem dum obstruere conabatur Hercules, ex tribus capitibus aqua exiliebat; neque reprimi potuit, nisi admoto igne, quo aqua repressa est in terræ penetralia, vt habemus ex Isaacio Lycophronis Scholiaste. Vitisera quoque erat regio, & modum putandæ vitis se ab Asino recepisse gloriabantur Argiui, qui depastus vineæ pampinos eam feracem reddiderat. Hinc quoque Equi plurimi, vnde Argos im mosomo, vt prænotauimus.

Mores. Rescidere sibi capillum ex quo victi sunt à Lacedamoniis pro Thyrea. Musici excellentissimi suere, ineptissimi oratores. In suorum sunere veste candida amiciebantur, ait Plutarchus. De corum superstitione multa apud Plutarchum, & Pausaniam

edifces.

POLITIA. Reges suos habuere ex Inacho ortos; qui primum Argos, non Mycenas regni suisedem habuere. Pelopidæ deinde iis successere, & his Heraclidæ. Postea sui quasi iuris retento Regis nomine eius auctoritatem summam imminuêre; ac demum Achæis iuncti in ditionem Romanam transsere.

N v M. 6. De Arcadia, & Arcadibus.

Nomen. Olim Pelasgia dicta fuit à Pelasgo primo eius Rege, sed cum filia Lycaonis eius filij, Calysto dicta, à Ioue compressa Arcadem genuisset, nepotis nomen inductum est, expuncto aui nomine.

QUALITAS. Regio erat montosa, & syluestris: vnde equi hîc plurimi, & Asini laboris patientissimi; quare abiit in Paræmiam pecus Arcadicum. Diu glandibus Arcades victitarunt. De aquâ Stygis dicemus in Admirandis.

MORES. Ante Lunam se natos fabulabantur; vnde & dicti